

*Exorcismus: accipite, & commendate memoria, & habete Potestatem, imponens manus super energumenos, sive baptizatos, sive casechumenos.* In Acolyatu ad traditionem caedelabri: accipite auroserarum cum cereo, & sciat, vos ad ascendenda Ecclesia luminaria mancipari in nomine Domini; ad traditionem uircelli: accipite uircellum, ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi in nomine Domini. In Subdiaconatu: videte, cuius ministerium vobis traditur; idem vos admonet, ut ita vos exhibeatis, ut DEO placere possitis. In Diaconatu: accipite Potestatem legendi Evangelium in Ecclesia DEI, tam pro vivis, quam defunctis, in nomine Domini. In Presbyteratu ad traditionem calicis & patenae: accipite Potestatem, offerre Sacrificium DEO, Misissaque celebrare, tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini; ad impositionem manuum Episcopi: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt. In Episcopatu: accipite Spiritum Sanctum &c.

97 Scio equidem, apud Theologos tam circa materias, quam circa formas singulorum Ordinum plures adhuc moveri controversias, prout eximia cum eruditione per folia quamplurima discutit Clericat. de Sacram. Ord. de-

98 *ois: 17. & plurib. seqq.* Sed quia tales disputationes à foro nostro remotiores videntur; hinc communem tantummodò sensum & sententiam DD. cum Clariss. P. Schmalzgrueber ad *rit. de Temp. Ord. n. 5. & 6.* referre volui. Id unicum omittere nequeo, quòd verba in Sacramento Ordinis proferantur imperativò modò, v.g. *accipite Potestatem &c.* in aliis autem Sacramentis proferantur indicativò modò, v.g. *ego te baptizo &c.* Ratio nem diverfitatis ex S. Thoma assignat Clericatus *cit. l. decis. 7. n. 4.* quia cetera Sacramenta principalis sunt instituta ad sanctificandum suscipientem, quatenus est persona particularis; & idèò sufficit, gratiam sanctificantem, quæ per Sacramentum confertur, indicare per verba indicativi modi. At Sacramentum Ordinis est institutum à Christo Domino principalis ad sanctificationem Ministri, quatenus agit personam publicam in Ecclesia; idcirò verba proferuntur imperativò modò, ut denotetur imperium & Potestas, quæ confertur in Ordinatione; Sicut accidere solet in Ministris Reipublicæ profanæ, dum eis in sua creatione Auctoritas & Potestas conceditur per verba imperativa: *accipite sceptrum, gladium, vel baculum &c.*

§. II.

De Contactu Materia.

103 **D**Um Minister Ordinis tradit materiam, & formam pronuntiat, apud perosque convenit, materiam illam ab ordinando corporaliter attingendam esse per textum in *cap. ult. de Sacram. non iterand.* ubi Gregorius IX. asserit, Presbyteros & Diaconos, cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali recipere. Clericat. *cit. loc. decis. 7. num. 20. & 21.*

104 Hic autem attractus non debet de necessitate immediatus esse: tum quia, qui tangit calicem, censetur etiam tangere vinum, in calice contentum; & qui tangit patenam, hostiam quoque, patenæ super impositam, tangere videtur. Salmanticens. de Sacram. Ord. *cap. 2. num. 21.* Gobat. de eodem Sacram. *tr. 8. num. 103. & seqq.* tum quia, qui tangit materiam cooperatà manu, ac ludariolò, chirothecà, vel superpellicèò involutà, creditur tactum physicum exercere, sicut physicè dicitur alterum palpare, vel apprehendere, qui cooperatà manu palpat vel apprehendit. Salmant. *d. l. n. 10.* Gobat. *d. l. n. 60.* Clericas. *d. 106. decis. 9. n. 10.* Præterè non debet attractus ille in momento, quò Episcopus verba pronuntiat, concurrere, veluti contra nonnullos statuunt Salmant. *d. l. n. 20.* Clericat. *num. 11.* Clariss. P. Schmalzgrueber ad *rit. de Temp. Ord. n. 7.* Sicut enim in reliquis Sacramentis, v.g. baptismo vel poenitentia, non requiritur, ut eòdem punctò, quò proferitur forma, applicetur materia, sed moralis utriusque concursus sufficere creditur: ita & in Sacramento Ordinis sufficere, si fiat, concursus moralis, ac, verbis jam prolatis,

interjectò parvi temporis intervallò, materia tangatur.

Solemnis verò controversia movetur: utrum attractus physicè materiae, vel mediatus, vel immediatus, sit de essentia Sacramenti Ordinis? Negant P. Laymanni in *Theol. Mor. lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 4.* P. Engel ad *rit. de Temp. Ord. n. 10.* P. Gobat *cit. tract. 8. num. 57.* Rationes sunt I. quia non apparet ratio, cur attractus physicus materiae sit de essentia Sacramenti Ordinis, nisi fortassis hæc, ut verificentur verba formæ: *accipite &c.* At ista ratio nihil probat: nam etiam in civilibus ad verificanda similia verba, & tradendam Potestatem, satis est, moraliter rem tangere, ac domum v.g. eminus ostensam alpicere. *l. clavibus 74. ff. de Contrab. emp.* II. quia, dum parvuli & infantes unius diei ex *cap. 3. n. 16.* ordinari possunt, nulla videtur hujusmodi contactus necessitas: neque enia in parvulis & infantibus sperandus est contactus, qui verbis Ordinationis correspondeat. III. quia, tamen materia in Sacramento Matrimonii sint corpora conjugum, & cor in traditio, attamen sufficit sola traditio, quæ mutuo consensu perficitur. Idem itaque dicendum in Ordine.

Affirmant econtrà Salmanticens. *cit. cap. 2. 112 num. 14.* Sylvester *P. Ordo 2. q. 5.* Clericat. ubi supra *decis. 8. num. 27.* P. König ad *rit. de Temp. Ord. n. 3.* P. Schmalzgrueber *ibid. sub num. 7.* Rationes sunt I. quia ad verificanda verba Ordinationis omninò necessarium est, materiam corporaliter attingere: nec

nec enim cum veritate accipit calicem, qui eum, dum exhibetur ab Episcopo, non tangit. II. quia in cæteris Sacramentis, ubi signum externum applicatur, in suscipiente contactus physicus desideratur: infans siquidem non iudicatur baptizatus, si per aquæ contactum non fuerit ablutus. Ergo hoc idem in Sacramento Ordinis est dicendum. III. quæ praxis Ecclesiæ demonstrat, quòd Ordinales & eorum Ministri sollicitè curent, ut materia Ordinum ab ordinandis tangatur: ipse quoque P. Gobat ubi supra *num. 57.* admittit, Sacerdotem, qui calicem physicè non tetigit, reordinandum esse. Ex quo concluditur, tutiorem ac longè probabiliorem esse posteriòrè hanc opinionem, quam etiam amplector, & Ad I. rationem contrariam Resp. illam probare nimium, quòd nempe ne quidem realis exhibitio materiæ ex parte Ministri exigatur: quippe cum in civilibus non exigatur exhibitio materiæ, sed ex clausula constituti quis

possit consequi possessionem rei absentis, multum distat, & nunquam perfecte per *l. quod meo 18. in pr. ff. de Acquir. vel amit. possid.* Cur autem moralis contactus ad verificandam Ordinationis formam non sit appositus, ea est ratio: quia Christus Dominus in Sacramentorum institutione magis rem ipsam, quam Juris fictionem attendisse videtur; adeoque contactu morali, qui Juris fictione nititur, contentus non erat. Ad II. Resp. Clericatus *d. l. n. 32.* in illa hypothesi, quæ parvulus aut infans ordinatur, contactum physicum non minus, quàm in baptismo, intervenire: quamquàm defectus intelligentiæ tam in Ordinatione quam in baptismo suppletur ab Ecclesia. Ad III. Resp. quòd, sicut matrimonium est Contractus civilis, nec, post elevationem ad Sacramentum, immutatum, sed in sua natura fuit relictum: ita nil aliud desiderare, quàm traditionem civilem, mutuo consensu de præsentibus manifestatam.

§. III.

De reliquis, in actuali Ordinatione observandis

120 **H**æc, quæ adduximus, Ordinationi sunt essentialia. Accidentalibus, nec tamen omittenda, sed cautè servanda sunt, quæ circa ritus & cæremonias in Pontificali Romano præscribuntur. Qua in re præ oculis habendum est monitum Jordani *lib. 3. tit. 6. num. 456.* ut Minister Ordinis advertat diligenter, maturè procedat, Pontificale frequenter inspiciat, nec memoriæ sæ nimium fidat. Ut præterè formam integrè proferat, ac moralisimulante instrumenta porrigat ordinandis &c. in super secretas ordinationes morosè pronuntiet, ut ordinandi ad Sacerdotium

commodè possint cum Ordinante concubere &c.

Illud etiam advertet Ordinans, ut ornatus sit omnibus Pontificalibus indumentis, à Romano Pontificali designatis. Nimium pro Prima Tonfura & Ordinibus Minoribus, quando conferuntur extra Missam, Rochetò, itolà, & mitrà simplici; pro sacris autem Ordinibus, sive privatis sive publicè conferantur, sive Missa decantetur, sive tantum recitetur, omnibus Pontificalibus insignibus respiciat, oportet. Pax Jordan *cit. l. n. 453.* ubi plura videri possunt.

SECTIO IV.

De Modo & Forma Confirmandi & Consecrandi.

SUMMARIUM.

124. Explicatur, quæ Sacramento Confirmationis sunt essentialia. 125. & seqq. Discutitur, quæ sit, an chryisma sit de essentia Confirmationis? 130. & seq. Respondetur ad fundamentum sententia affirmantis. 132. Uñctio in fronte est materia proxima. 133. Forma consistit in verbis. 134. Ad accidentalibus referuntur loci.

135. Diocesis. 136. & seqq. Tempus. 139. Habitus Pontificalis. 140. & seq. Assistentia & levitio patris. 142. & seq. Fascia, quæ frons circumligatur. 144. Alapa. 145. Procuratio canonica, Episcopo confirmanti non solvitur. 146. & seq. De forma Confirmationis agitur remissive.

§. I.

De Essentiali Materia & Forma Confirmationis.

124 **I**n administratione Sacramenti Confirmationis spectari possunt tam ea, quæ sunt essentialia, quàm accidentalibus. Essentialia sunt materia & forma cum intentione Ministri. Quamè verò sit materia remota Confirmationis? Hæret in bivio. Non pauci defendunt, chryisma, seu oleum cum balsamo mixtum, esse materiam remotam & essentialem; quorum ratio principalis fundatur in Concil. Florent. in decreto Eug. 4. secundum, ubi

definitum habetur, materiam huius Sacramenti esse chryisma, consecitum ex oleo & balsamo. Pax Jordan *lib. 3. tit. 2. n. 33.* Gobat *Theol. experim. tr. 2. n. 743.* Pirhing ad *rit. de Sacram. non iter n. 3.* Clericatus de Sacram. *Conf. decis. 54. num. 6.* Alii propugnant, chryisma solum exigi de necessitate præcepti, oleum simplex autem pro materia essentiali reputandum esse. Ratio fundamentalis eruitur ex *cap. pastoralis 1. de Sacrament. non iterand.* ubi S. Pontifex Inno-

centius III. rescribit, in casu, quò confirmandus non chrysmate, sed oleo fuit delinitus, non esse aliquid iterandum, sed cautè supplementum, quod incautè fuerat prætermissum; id est, ut explicat P. Engel ad *cit. tit. n. 5.* supplementum esse faciendam per inunctionem chrysmatis, sed sine repetitione formæ vel salutem cum intentione, nullum conficiendum Sacramentum. Atque Sacramentum Confirmationis haud dubiè repetendum foret, si chrysmata materiam essentialem constitueret. Ergo &c.

- 127 Scio equidem, quò Clericatus *cit. l. n. 7.* afferat, Moralistas, unum post alium, in citatum textum impingere, & ab ejus intelligentia aberrare, supponentes, validam Confirmationem cum solo oleo pronuntiatam fuisse; cum tamen ibidem sermo fiat de Subdiacono, qui sine impositione manuum, id est, absque præcedenti valida Confirmatione fuit ordinatus; ac proinde responsum sit, non esse iterandum Ordinationem, sed tantum repetendam Confirmationem. Verum si textum proximè contineat, hæc expositio non videtur accommodata: tum quia S. Pontifex duplicem ibidem casum ponit, unum de Ordinatione Subdiaconi (vel, ut putat Gonzalez *ibid. num. 2.* Diaconi) alterum de Confirmatione, ac in utroque pariter decidit, nihil iterandum esse, tametsi in priori mandis impositio; in posteriori unctio cum chrysmate fuerit omisa: tum quia, si, datò non concessò, locutus fuisset de sola Confirmatione, nihilominus perspi-

## §. II.

## De accidentalibus Forma Confirmationis.

- 134 Accidentalibus Confirmationi sunt I. locus, qui quidem ex decencia deberet esse sacer, seu Ecclesia; ex rationabili tamen causa in quovis honesto loco Sacramentum Confirmationis administrari posse, testantur Pax Jordan *d. lib. 3. tit. 2. n. 16. & seq.* & Gobat *cit. l. n. 775. & seq.* Interim extra propriam Diæcesin Episcopo non licet, etiam proprium subditum confirmare, ut patet ex dictis *num. 73.*
- 136 II. est tempus; quod olim erat sabbatum Paschæ & Pentecostes; nunc autem est quivis dies, festivus & non-festivus; ante- & pomeridianus: nec enim requiritur, ut Confirmatio de manè ab Episcopo jejunio jejunis imperiatur, sicut monstrat praxis Germaniæ & Romæ. Jordan *d. l. num. 13.* Gobat *d. l. num. 759.* Hinc textus in *cap. ut jejunii 6. de Consecrat. Dist. 5.* cum desumptus sit ex Concilio Aurelianensi, quod tantum erat particulare, vel nunquam in nostris partibus receptus, vel contrariâ consuetudine rursus est abrogatus.
- 138 Quoties porò Episcopi debeant administrare Sacramentum Confirmationis? Neque in Jure, neque apud DD. est definitum. Clericatus de *Sacram. Consecrat. dist. 57. num. 7.* asserit, id pendere à prudentia Episcopi

cudè declarat, *nihil iterandum esse*; quod sanè manifestum est argumentum, chrysmata non esse materiam essentialem Confirmationis: utpote cum, hæc omisa, Confirmatio reiteranda foret. Et ita sentiunt Barbosa de *Off. & pot. Episc. alleg. 31. num. 3.* Covarrus. *var. resolut. lib. 1. cap. 10. num. 4.* Gonzalez ad *cap. ult. de Sacram. non iterand. 7. & 10. allegans S. Thomam; König ad cit. tit. de Sacra Unct. num. 18.* Schmalzgrueber *ibid. n. 4.*

Ad rationem oppositam Resp. Concilium Florentinum loqui de materia Confirmationis non-essentialem, atque aded tantum ex necessitate præcepti requisita; nec gratia ita respondetur: quandoquidem Concil. ut refert Bail. in *Summa Concil. to. 1. pag. m. 597. in §. verum mox seq.* definit, materiam Eucharistiæ esse vinum de vite cum admixtione modicissimæ aquæ; & in §. quartum decernit, materiam Sacramenti Penitentia: esse satisfactionem: cum tamen indubiatum sit, admixtionem aquæ solum ex præcepto Ecclesiæ ad Eucharistiam exigere; & satisfactionem tantum esse partem integram Penitentia:.

Materia proxima Confirmationis est unctio chrysmatica per modum Crucis facta in fronte, cum impositione manuum. Gobat *Theol. experiment. tr. 2. n. 746.*

Forma consistit in verbis sequentibus: *133 Signo te signo Crucis, & confirmo chrysmate salutis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Vid. Clericatus de Sacram. Consecrat. dist. 57. per tot.*

pi, qui mortaliter peccaret, si nimis differret hujus Sacramenti collationem, videlicet ultra 4. aut 5. annos; & ided teneri perulstrare Diæcesin, etiam ad hunc solum effectum ministrandæ Confirmationis.

III. est habitus: nam Episcopus confirmans debet esse vestitus pluvialis, mitrà, stola, & baculo pastorali; quamvis ob assivos ealores & multitudinem confirmandorum liceat deponere pluviale. Clericatus *d. n. 7.*

IV. est assistentia & levatio parvini: non minus enim confirmandi, quam baptizandi, suos habent paternos, ut in spirituali certamine doceantur, qualiter ab hostibus se tueri valeant, ait Jordan *cit. lib. 3. tit. 2. n. 60.* In Diæcesi verò Constantiensi plerosque confirmari chrysmate salutis absque paterno, pro notorio allegat Gobat *cit. tr. 2. n. 781.*

V. est velamen, vita, seu sacra linea, quæ caput personæ confirmatæ, propter reverentiam sacri chrysmatis, ambitur; nec ab alio, quam Sacerdote, deponitur. Gobat *d. l. num. 779.* Alicubi tamen non adhiberi solent, sed chrysmata ab uno ex Sacerdotibus mox spongia vel aliò linteo abstergi, perhibet idem Gobat cum Jordane *d. tit. 2. num. 81. & seq.*

VI. est alapa, quam ex præscripto Romani Pontificis

Pontificalis Episcopus impingit confirmatis, ut discant amore Christi patienter sustinere injurias; sicut, se adscriptos militie, in qua vincitur per patientiam, non per vindictam; ac memoriam collati Sacramenti non obliant. Jordan *d. l. num. 43.* Barbosa de *Off. & pot. Ep. alleg. 20. n. 26.*

Quares: an Episcopus, qui Diæcesin peragravit, præcisè ex motivo Sacramentum Confirmationis administrandi, procuratum canonice, seu sumptus à populis recipere valeat? Resp. id negari à Barbosa *d. l. n. 10.* Jord. *n. 15.* Fagnano ad *cap. venerabilis de Cens. n. 19.*

## §. III.

## De Forma &amp; Modo Consecrationis.

146 Forma & modus consecrandi pro multiplicitate Consecrationis est multiplex. Exhibetur potissimum in Pontificali Romano, ubi ritus, cæremonia, habitus, & omnia, quæ requiruntur ad singulas Consecrationes,

accuratè descripta reperiuntur. Quòd si dubia quadam de Consecratione occurrant, adiri poterit sæpe citatus Pax Jordan, qui *lib. 5. de Consecrationibus* prolixè tractat.

## CAPUT V.

## De Effectu, quem producit Potestas Ordinis.

Effectus, quem Potestas Ordinis producit, multifarius est. Hic autem principaliter attingemus solos effectus, qui consequuntur ex Ordinatione; minus principaliter autem aliquot verba faciemus de effectu, quem operatur Confirmatio & Consecratio.

## SECTIO I.

## De Effectu Ordinationis.

## SUMMARIA.

1. Effectus Ordinationis generatim est spiritualis Potestas. 2. Gratia sanctificans. 3. Character. 4. Privilegia & onera. 5. Semel valida non repetitur. 6. Invalidatur per usum assumitur. 7. In omissione accidentium eorum sit suppletio. 8. & seq. In dubio sit reiteratio sub conditione. 10. & seq. In Ordinatione Presbyteri, qua conferuntur Potestas in Corpus Christi verum, manuum impositio omisa non causat Ordinationis iterationem. 13. Causat vero, si omisa sit in Ordina-

tionem, qua conferuntur Potestas in Corpus Christi mysticum. 14. Sola tamen Ordinatio posterior repetitur. 15. Quamvis, si prima sit irrita, posterior quoque non teneat. 16. & seq. Omisio unctiois in Ordinatione Sacerdotis aut Episcopi non est defectus substantialis. 18. & seq. Explicatur Potestas Officiorum. 20. & seq. Lectionis. 25. & seq. Exorcismi. 27. & seq. Acolyti. 29. & seq. Subdiaconi. 32. & seq. Diaconi. 40. Presbyteri. 41. Episcopi.

## §. I.

## Quid generatim operetur Ordinatio?

- 1 Ordinatio quinque præcipuos effectus generatim producit. I. est spiritualis Potestas, & jus, aliquod officium & munus in Ecclesia DEI circa Sacram Eucharistiam peragendi; de qua plura in §. 3.
- 2 II. est gratia sanctificans, quæ ordinatis Divinitus infunditur, ad Ministerium Altaris, cuiuslibet Ordini convenienter, & decenter obendum; de qua Theologi.
- 3 III. est character, seu qualitas supernaturalis

lis, animæ invisibiliter & indelebiliter inherens, per quam ordinatus, tanquam specialis Minister Divinae Majestatis, à non-ordinatis distinguitur, & intrinsecè perficitur, ut ministerio Divinò ritè fungatur; de qua rursus in §. 2. aliqua dicentur.

IV. sunt privilegia & onera, quæ tribuntur ordinatis ab Ecclesia; de quibus agemus in *lib. III. tract. de Perj. Reb. & Jur. Eccles. p. 1. per tot.*

## §. II.

## An &amp; quando reiterari possit, &amp; debeat Ordinatio?

5 Ex impressione Characteris deducitur alius effectus, quòd scilicet Ordinatio, va-

lida peracta, sine gravi sacrilegio reiterari nequeat. Est enim de fide certum & definitum

à Concil. Flor. in decreto Eug. §. quinto; & Trid. sess. 7. can. 9. Sacramenta, quæ characterè imprimunt, iterari, vel sæpius conferri non posse.

6 Invalide si peragatur Ordinatio, propter defectum substantialem, sine periculo sacrilegii potest & debet reasumi cap. si quis 1. de Presbyt. non baptiz. nec enim intelligitur iteratum, quod nescitur esse factum cap. solemnitate 16. Dist. 1.

7 de Consecrat. Accidentia tantum, solemnitates, ritus, & cæremoniæ, si fuerint omis- sa, nihil iteratur quoad substantialem, sed illa ipsa accidentia, quæ fuerint omis- sa, supple- tur cap. pastoralis 1. cap. ult. de Sacrament. non iterand.

8 Dubitatur verò I. quid faciendum sit in dubio, num Ordinatio validè peracta fuerit? Resp. quòd, si dubium sit prudens, & gra- vi ratione subnixum, Ordinatio sub con- ditione repetenda sit per textum in cap. ult. de Presbyt. non baptiz. quia, ut ibidem loquitur Innocentius III. non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum. Magnif. D. P. König ad tit. de Sacram. non iterand. n. ult. Advertit autem P. Gobat. Theol. experim. tr. 8. n. 206. dubium, quod circa validam Ordinationem suboritur ob defectum materiæ vel formæ, rariùs esse rationale, adeoque spernendum: cum enim præter Ministrum Ordinis plures aliæ personæ concurrant ad Ordinationem, non est credibile, quòd defectum substantialem, si quis accidisset, nemo observasset.

10 Dubitatur II. quid agendum, si in Ordinatione Diaconi vel Presbyteri manus imposi- sitio fuerit omis- sa?

Ad hoc dubium respondet Gregorius IX. in cap. ult. de Sacrament. non iterand. non esse ali- quatenus iterandum, sed statim tempore ad hujus- modi Ordines conferendos cautè supplendæ, quod per errorè exititeri præmissum. Hac tamen respon- sio, quamvis de Ordinatione Diaconi simpliciter procedat; nihilominus de Ordinatione Presbyteri cum aliqua distinctione temperari debet. Refert nimirum, an impositio manuum omis- sa fuerit in prima Ordinatione Presbyteri, quæ confertur Potestas in Corpus Christi verum per Consecrationem Panis & Vini; an in secunda, quæ confertur Potestas in Corpus Christi mysticum per absolutionem à peccatis.

12 Primò casu non repetitur Ordinatio, sed im-

positio manuum duntaxat suppletur: quia manus impositio in prima Ordinatione Presbyteri non est essentialis, sed tantum de- precatoria & accidentalis. Alterò casu 13 sed partialiter, non quidem totaliter, sed partialiter, ac nova manuum impositio cum pronuntiatione verborum formalium adhibetur: quia constituit materiam essen- tialem. P. Engel ad tit. de Sacram. non iterand. n. 6. Clarif. P. Schmalzgrueber ibid. n. 4.

Dixi: totalem Ordinationem non reperi: cum enim Ordinatio prima consistere valeat abs- que secunda, ac diversis temporibus una & altera legatur Apostolis collata; illa scilicet in ultima cœna; hæc post resurrectionem Domini: sanè de prima nihil est reiterandum, esto secunda fuerit irrita. Aliud foret, si 15 prior Ordinatio propter defectum substantialem fuisset nulla: tunc enim posterior, licet defectu substantiali nõ laboraret, deberet ite- rari: quia Potestas in Corpus Christi mysticum conferri nequit, antequam in Corpus Christi verum collata supponatur; prout colligitur exemplo Christi, qui suis Apostolis rō primum concessit Potestatem ligandi & solvendi, postquæ eisdem Potestatem consecrandi concesserat.

Dubitatur III. utrum reiteranda sit Ordina- tio Sacerdotis aut Episcopi, quando per oblivionem omis- sa fuit unctio; vel quando Episcopus tantum est unctus oleo simplici, vel etiam commixto cum balsamo artificiali? Resp. negativè. Ita decidit Innocentius III. 17 in cap. un. de Sacra. unct. in pr. dum ad casum propositum de Braeharenf. Episcopo, qui in Consecratione sua non acceperat Sacram uncti- onem, non iussit Ordinationem iterari, sed tantum uncti- onem chrysmatis suppleri. Gonzalez ad tit. cap. n. 3. & 4. P. Wiefner ad tit. de Sacram. non iterand. n. 14. P. Schmalzgrueber ibid. num. 5. qui duo posteriores etiam in num. sequentib. ex decisione Apostolica docent, ne quidem supplementationem (minùs iterationem) esse faciendam, quando Episcopus est consecratus cum uncti- one olei, cui balsamum artificiale fuit admixtum: quia scilicet etiam naturali balsamo solet admisceri curat: ut proinde Ecclesiæ præcepto per uncti- onem olei, cui balsamum artificiale fuit admixtum, jam censetur esse satisfactum.

§. III.

Qualis Potestas & Officium per singulos Ordines conferatur?

18 Effectus specialis, ac cuilibet Ordini pro- prius est specialis Potestas & officium. Ut autem ordinarum à primo Ordine; Potestas & officium Officium est, aperire & claudere januas Ecclesiarum; earundem officis assistere; indignos, præsertim excommunicatos, excludere. Textus in cap. perlectis 1. §. ad officiarum. Dist. 26. Additur in Concilio Mediolanen- si, sub D. Carolo Borromeo, quod citat Clericat. decif. 17. n. 31. ut officiarum arceat populum, ne accedat ad Sacerdotem, facientem Divina; campana pulsè; in Ecclesia deambulantes, dor-

mientes, vendentes, immolatum facientes, ad Superiorem deserat, & expellat; mendicantes ab Ecclesia excludat; Ecclesiam verrendam curet; canes & alia bruta expellat; & omne indecens ab Ecclesia removeat.

Potestas & officium Lectoris est I. studere 20 Sacræ Scripturæ, & ejusdem libros fideliter & diligenter custodire. Clericat. decif. 18. num. 24. II. lectiones Horarum Canonica- rum in Ecclesia recitare; nec non propheta- tias, quando legendæ sunt in Missa, legere; itè Introitum, Graduale, & alia, de more canen- 21 da;

22 da, cantare cap. Cleros 1. Dist. 21. III. Ver- bum DEI prædicare, non quidem solemniter & intra Missarum solennia (sic enim contra- diceret textus in cap. ad officium 19. XVI. q. 1. in quo statutum habetur: ut nullus præter Domini Sacerdos audeat prædicare) sed privatim, ex- plicandò Christianam doctrinam; catechu- menos de fidei nostræ principiis instruendò; cæterosque fideles ad iustitiæ semitam exci- 23 tandò; quòd sensu in cap. perlectis 1. §. ad lecto- rem Dist. 25. dicitur: ad Lectorem pertinet, le- ctiones pronuntiare, & ea, quæ Propheta vaticina- runt, populo prædicare. Similiter in Ordina- tione Lectoris dicitur: accipe, & esto relator Verbi DEI &c. habiturus partem cum eis, qui Ver- bum DEI ministraverint. Vid. Salmanticenses de Sacram. Ord. cap. 3. num. 14. Addi- 24 tur in Pontificali Romano: Lectores possit benedicere panem, & annos fructus novos; quæ tamen benedictio, veluti notavit Gobat Theo- lag. experim. tr. 8. num. 66. Lectoratus prorsus est accidentaria, nec amplius utatur.

25 Potestas & officium Exorcistarum est, dæ- mones è corporibus hominum obseforum per adjurationes, & exorcismos, ab Ecclesia præscriptos, expellere d. cap. perlectis 1. §. ad Exorcistam Dist. 25. Vid. Clericat. decif. 17. 26 per tot. Verum ob copiam tot Sacerdotum, quibus nunc abundat Ecclesia, Superiores Ecclesiastici memoratis Exorcistis usum Pote- statis suæ non permittunt. Gobat cit. l. n. 68.

27 Potestas & officium Acolytorum duplex est; unum, deferre candelabrum cum accensis lu- minibus ante Sacerdotem, & quando legitur 28 Evangelium; alterum, Subdiacono porrigere urceolos cum vino & aqua pro consecrando Sanguine Christi in Sacrificio. Textus in cap. Cleros 1. §. ult. Dist. 21. cap. acolytus 16. Dist. 23. d. cap. perlectis 1. §. ad acolytum Dist. 25.

29 Potestas & officium Subdiaconorum olim erat, ostiariis invigilare, ut constat ex Cle- mentis Pape lib. 8. cap. 11. res & gesta Marty- rum conscribere, ut patet ex Epistola prima S. Fabiani Pape; colligere oblationes, in Ec- clesia factas, ut liquet ex cap. Cleros 1. §. hypo- diaconi Dist. 21. Clericat. decif. 24. à num. 2. 30 Hodie verò, ut reuert ex Pontif. Rom. de Subdiaconi Ordinatione, Subdiaconorum est, aquam ad ministerium altaris præparare; Dia- cono ministrare; pallas altaris & corporalia abluere; calicem & patenam in usum sacrifi- cii eidem offerre; panem consecrandum, quantum sufficit pro communione populi, deferre. Clericat. d. l. n. 15. Adde, quòd Subdiaconis hodie incumbat, ut induti albâ, tunica, & manipulo, cantent Epistolam in Missa solenni; patenam, velò involutam, te- neant; crucem in processionibus præferant. Clericat. d. l. n. 24. & seqq.

31 Potestas & Officium Diaconorum est I. Sacerdoti celebranti, vel alia Sacramenta dis- pensanti, immediatè ministrare d. cap. perle-

ctis 1. §. ad Diaconum Dist. 25. II. Evan 33 gelium in Missa solenni cantare, sicut dicitur ex formula Ordinationis, ubi ad Diacono dicitur: curate, ut quibus Evangelium ore an- nuntiat, vivis operibus exponatis. III. In 34 casu necessitatis saltem S. Eucharistiam fide- libus dispensare, prout fecit D. Laurentius, qui ad S. Xyltum Pontificem, experire, inquebat, utrum idoneum Ministrum elegeris, cui commissi Dominici Sanguinis dispensationem; atque à Con- cilio firmatum ostendit Clarif. P. Cælestinus Pley in Theorem. Angel. Theolog. pag. m. 415. IV. in eodem necessitatis casu, vel etiam ex 35 commissione Parochi, solennem baptismum conferre per textum in cap. constat 19. de Con- secrat. dist. 4. ibi: baptisimi mysterium (vel, ut aii legunt, ministerium) nec ipsi Diaconis ex- plere est licitum, absque Episcopo vel Presbytero, nisi his procul absentibus ultima languoris necessitas cogat. Clericat. decif. 30. n. 33. V. Verbum 36 DEI prædicare, juxta verba Ordinationis Diaconalis: provehendi filii dilectissimi ad Leviticum Ordinem, cogitate magno opere, ad quantum gradum Ecclesiæ ascenditis: Diaconum enim oportet mini- strare ad altare, baptizare, & prædicare; & cit. cap. perlectis 1. §. ad Diaconum Dist. 25. Clericat. d. l. num. 30. Clarif. P. Pley cit. l. pag. 414. Sed 37 hanc prædicandi facultatem à Diacono exer- cere non posse, nisi auctoritas & licentia Episcopi vel Parochi accedat, propter textum in su- pra cit. cap. ad officium 19. XVI. q. 1. conclusum Pax Jordan lib. 6. tit. 1. num. 83. & Gobat cit. tract. 8. n. 79.

Equidem ex cap. fures 2. de Furt. colligi vi- 38 detur, Diacono quoque fas esse, confessiones excipere, ibi: si comprehens (fures) aut volun- tari Presbytero vel Diacono confessi fuerint, com- munionem eis non negamus. At, omis- si 39 rum responsionibus, quas refert & expendit Gonzalez ad eund. tit. in not. n. 2. cum eodem Authore dicendum est, intellectum huius cap. hunc esse, quòd, si fures & latrones, ante- quam comprehens fuerint, dederint signa penitentiae coram Presbytero vel Diacono, ad communionem admittantur, ita ut Pres- byter vel Diaconus, non tanquam Ministri ab- solutionis Sacramentalis, sed testes signorum penitentiae adfuerint; in qua hypothesi com- munitio, quatenus opponitur excommunicationi, & facit alicum partem commercii fidelium extra & intra Divina, talibus hæud denegatur.

Potestas & Officium Presbyterorum est con- 40 ficere Corpus & Sanguinem Domini, absol- vere à peccatis, & cætera Sacramenta fide- libus ministrare. Latè Clericat. dec. 34. per tot.

Potestas & officium Episcoporum per de- 41 cursum hujus tractatus ex insitudo discussimus, dum in Cap. 2. Sect. 1. per tot. ostendimus, eum Ministrum Ordinarium esse, per quem tota Potestas Ordinis in sua latitudine exer- cetur.

## SECTIO II.

## De Pœnis malè Ordinantium, &amp; Ordinatorum.

## SUMMARI A.

42. Ad effectum Ordinationis referuntur pœna.  
43. Pœna conferentis Primam Tonfuram infanti.  
44. In conferentem Minores autè canonicam etatem nulla in Jure est determinata pœna.  
45. & seqq. Pœna conferentis Majores Ordines ante etatem. 49. Pœna ordinati ante legitimam etatem. 50. Solum incurritur in suspensione Majorum Ordinum. 51. Malà fide per alia. 52. & seq. Habità notitià non potest in Ordine suscipi ministrare. 54. & seq. Inter Regulares & Sæculares in hoc puncto non est faci-

enda distinctio. 56. & seqq. Pœna ordinantis alienum subditum absque literis dimissivis. 59. Pœna ordinati non-subditi. 60. Ordinationum est nulla quoad effectum. 61. & seqq. Pœna Ordinantis & ordinati extra Diocesim. 67. & seqq. Pœna Ordinantis & ordinati extra tempora. 72. & seqq. Agitur de absolute hujus pœna. 76. & seq. Agitur de Ordinatione, non servatis interstitiis sacra. 78. & seqq. Pœna Ordinantis aliquem sine titulo. 83. & seqq. Pœna ordinati sine titulo.

## §. I.

## De Pœna Ordinantis vel Ordinati ante legitimam etatem.

42. Ad effectum Ordinationis revocantur pœna, in malè Ordinantes & ordinatos constituit. Has strictim lustratori, incipimus à pœna, quæ statuta noscitur in Ordinantem & ordinatum ante legitimam etatem. Ubi ex parte Ordinantis est distinguendum inter Primam Tonfuram, Ordines Minores, & Majores. Primam Tonfuram si conferat infanti (quodiplum extenditur ad illiteratos & conjugatos, si tonsurentur extra casus, à Jure permisso) ab illius collatione per integrum annum est ipsò Jure suspensus 44. cap. ult. de Temporib. Ordinat. in 6. In Minoribus Ordinibus, ante canonicam etatem collatis, eandem pœnam ab Ordinate incurri, quidam ex paritate cit. cap. ult. deducunt. Sed quia constitutio pœnalis est, loquens de sola Tonfura, non extendi, sed coarctari debet ad suos limites; adeoque punitio Superioris arbitrio relinqui. P. Wiestner ad cit. de Temp. Ordinat. n. 91. P. Schmalzgrueber ibid. num. 60.
45. Quando Majores Ordines ante definitam etatem conferuntur, Ordinans à collatione Ordinum indefinitè & simpliciter per sententiam dicitur suspendendus cap. vel non est 14. de Temporib. Ordinat. Fagnanus ibid. num. 32.
46. Unde si Ordinans, insuper habità suspensione, nihilominus ordinare præsumperit, contrahit irregularitatem non minus, quam alius, qui ministrat in Ordine, à cuius exercitio suspensus est per cap. i. cui 20. de Sentent. excommunicat. in 6.
47. Idemque contingere, si in tali suspensione Primam Tonfuram imperiatur, docet cit. Fagnan. num. 35. non immemor scilicet opinionis, aliàs à se defensæ, quòd Primam Tonfuram sit Ordo propriè talis. Sed quia à nobis in cap. 1. num. 38. eadem Tonfura ab Ordine propriè tali fuit exclusa, non potest Fagnani placito mentem inclinare: utpote cum in cit. cap. vel non est Ordinans tantum à collatione Ordinum (quorum nomine in materia pœnali non comprehenditur Or-

do improprius) suspensus referatur. Aa. mox citati.

Ordinatus ante præfixam etatem de Jure 49. Communi in cit. cap. ult. non est per sententiam suspendi jubetur; at in constitutione Pii II. quæ incipit cum ex Sacrorum 1461. edita, suspensio est lata sententiæ, si Ordo collatus sit unus ex Majoribus; & ordinatus eundem constitutum, receperit. Sin Ordo collatus sit unus ex Minoribus, tunc quia cit. cap. vel non est aperte loquitur de Diaconatu; & constitutio Piana sermonem facit de Ordinibus Sacris: bene concluditur, Primam Tonfuram & Ordines Minores, seu non-sacros, ibidem non includi. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 16. num. 14. Antonell. de Regim. Eccles. Episc. lib. 2. cap. 2. num. 2. P. Reiffensuel ad cit. de Temporib. Ordinat. num. 170. P. Schmalzgrueber ib. n. 62.

Præterea cum eadem Piana voluerit reprimere temeritatem ordinatorum, ac aliunde sit notum, pœnas in ignorantes, & culpâ carentes, non statui: is, qui bonâ fide credidit, se annos canonicos jam jam attingisse, à pœna suspensionis erit immunis. Barbosa ad cit. cap. vel non est num. 8. Antonellus d. cap. 2. n. 4. Interim, si ordinatus successu temporis acquisiverit noticiam, se in etate non competentem ordinatum fuisse, non poterit ante etatem plenè habitam in Ordine suscipi ministrare: quippe cum bonâ fides, quamdiu non resolvitur, excusat quidem à culpa, non tamen auferat impedimentum, à Jure constitutum. Reiffensuel cit. l. num. 180.

Quamquam ne hoc quidem 53. casu irregularitatem contrahat arg. cit. qui 18. de Sent. excommunicat. in 6. Wiestner cit. l. num. 96. Antonellus cit. n. 4.

Num porrò Clericus ordinatus sit Regula 54. ris vel Sæcularis, nihil interesse, docuerunt Antonell. d. l. num. 1. Barbosa d. alleg. num. 25. P. Pirhing ad tit. de Temporib. Ordinat. num. 95. P. Schmalzgrueber ibid. num. 63.

Siqui-  
dem

dem cit. constituto Pii II. licet ab initio de solis Clericis Sæcularibus differere videatur; in

decurfu tamen de omnibus & singulis, qui ante canonicam etatem ordinantur, disponit.

## §. II.

## De Pœna malè Ordinantis &amp; Ordinati propter defectum subjectionis.

56. Specialis quoque pœna reperitur decreta in illum, qui scienter aut affectatâ ignorantia ordinat alienum subditum absque literis dimissivis sui Ordinarii: hic enim ab Ordinum collatione per annum est ipsò Jure suspensus cap. eos qui 2. de Temporib. Ordinat. in 6. Trid. sess. 23. de ref. cap. 8. in fin. Const. Innocentii XII. quæ incipit: speculatores &c.
57. Quòdve hæc suspensio fit universalis, atque ad omnes Ordines porrigatur, colligitur ex cit. cap. eos qui, ubi non tantum constitutio & locutio de Ordinibus est universalis & indefinita, sed etiam licentia, quæ datur subditis talibus Episcopis, Ordines à vicinis Episcopis recipiendi (de qua in cap. 3. num. 98.) est absoluta & generalis. Pignatell. tom. 9. consulti. 189. num. 97. & seq. Pirhing cit. l. n. 98. Wiestner 58. ibid. num. 110.
- Contra Primam Tonfuram collationem in illa suspensione non contineri, satis probatur ex dictis in num. 48. quia scilicet in propria significatione Ordinum numerò non intelligitur. Clariss. P. Schmalzgrueber cit. l. n. 66.

59. Ordinatus quoque non-subditus in pœnam temeritatis tamen manet ab Ordinum (Majorum & Minorum, utpote cum Trid. Concilio, mox citandum, absque distinctione loquatur) executione suspensus, donec cum eo dispensetur ab Episcopo proprio cap. ibid. 1. cap. si quis 3. Dist. 71. cap. eos qui 2. de Temporib. Ordinat. in 6. Trid. d. sess. 23. de Ref. cap. 8. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 8. num. 11. Et licet in cap. nullus 1. l. x. q. 2. talis Ordinatio planè declaratur nulla; hoc tamen est exaudiendum de solo effectu seu executione Ordinum per cap. ult. ead. quæst. 2. Pignatell. cit. l. num. 93. & seq.

Quæres: an & qualis pœna fit statuta, si quis in aliena Diocesi, sine illius Diocesis licentia, ordinet?

Resp. in Trid. Concil. sess. 6. de ref. cap. 5. in Ordinantem statutam esse suspensionem ab exercitio Pontificalium, id est, omnium actuum, qui proprii sunt Ordinis Episcopalis, etiam Primæ Tonfuræ ex cap. 4. num. 74. & seq. in ordinatos verò suspensionem ab executione Ordinum ipsò Jure decretam esse. Hæc autem suspensio, cum pœna non levis sit, non incurritur ab Ordinate vel ordinato, si fuerint in bona fide, ac probabiliter existimant, Episcopum Diocesimum non fore invitum. Schmalzgrueber ad cit. de Temp. Ordinat. sub num. 71.

Nihilominus, ut cum eodem 63. Authore docent P. Pirhing ad cit. tit. n. 105. & P. Wiestner ibid. n. 108. ordinatus est suspensus impropriè, nec potest Ordinem suscipi exercere, donec Episcopus loci, ubi peracta est Ordinatio, cum eo dispenset: quia scilicet talis Ordinatio, ferè adinstar sententiæ, extra territorium latæ, quoad executionem est nulla cap. Episcopum 7. l. x. q. 2. Ve-64. rum, ut verum fatear, difficulter in hac doctrinam consentio: tum quia in effectu parum aut nihil interest, sive talem ordinatum dicamus impropriè suspensum, sive propriè, cum in utroque sensu indigeat dispensatione: tum quia Ordinationem quoad executionem 65. invalidam non magis covalidare potest Episcopus alienæ Diocesis, quam Judex alterius territorii sententiam ex se nullam potest firmitati restituere: tum denique quia cit. cap. 66. Episcopum delinquentem est ex Concilio Antiocheno, quod, cum particulare fuerit, totam Ecclesiam non potuit obligare.

## §. III.

## De Pœna Ordinantis vel Ordinati extra tempora, vel interstitiis non servatis.

67. Ordinantis & ordinati pœna extra tempora consueta est suspensio ferendæ sententiæ per cap. sane 2. & cap. cum quibus 8. de Temporib. Ordinat. et in supra cit. Bulla Pii II. cum ex sacrorum &c. quoad ordinatum facta.
68. Sit latæ sententiæ. Imò etiam quoad Ordinantem possit videri, pœnam ferendæ sententiæ per Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 8. & Bullam 91. Sixti V. in pœnam latæ sententiæ fuisse commutatam. Sed, ut rectè sentit P. Engel ad cit. tit. de Temp. Ord. num. 16. illa constitutio Conciliaris duos casus complectitur, ac ab initio præcipit, ut Ordines statutis de Jure temporibus conferantur; postea verò prohibet, ne alienus subditus ordinetur absque testimonio sui Ordinarii: & quia su-

sensionis pœna solum adicitur casui posteriori; ob strictam Legum pœnalarum naturam, extensionem ad priorem non patitur. Bullam quoque Sixti V. à Clemente V. temperatam esse, testatur Pignatell. tom. 10. consulti. 159. n. 13.

Hæc autem suspensio neque incurritur, 70. quando Ordines Minores tantum sunt collati: eò quòd cap. sane 2. & cap. consultationi 16. d. 1. de Sacris Ordinibus mentionem ingerant; neque privationem exercitii quoad alium Ordinem, quam extra tempora illicitè susceptum, eòque superiorem, inducit, ut in eo, quò quisque deliquit, puniatur. Panormitan. ad cap. vel non est cit. tit. n. 15. Fagnan. ibid. n. 16. Reiffensuel ad cit. tit. n. 182.